



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XII. An, & Cur permisi protoplastæ tentari?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

II. DE PECCATO ORIGINANTE.

QVÆSTIO XII.

*An, & Cur permisæ Protoplæstæ
tentari?*

I. LYTHERANOS quosdam refert Lutherus Com-
ment. in Gen. i. docuisse; Protoplæstæ non potuisse
tentari, aut peccare; nec peccasse.

SVASERVNT ex principiis Lutheri. I. *Iust. i.*
Tim. i. lex non est posita, sed peccatori; at iij erant iusti:
Ergo ubi non est lex, ibi nec prænuntatio est.

2. Deinde prohibitio de non edendo, admoni-

tio fuit qualis medicorum est; non lex.

H. S. Prosper censuit, causam permissionis, occultam fuisse superbiam prodromam tentationis.

III. Ophite fingebant, Serpentem fuisse
Dei sapientiam, quæ oculos aperuit tentatis,
in odium creatoris. *Manicheus*, erat Christus;
Origeni, *Delectatio*: *Cirillo*, species serpentis
assumpta: *Juliano*, fabula, bestiam loqui: *Iose-*
pho, naturale tunc brutis fuisse loqui.

AUTOR. I. Verè obnoxij fuerunt
tentationi; & peccarunt, teste pœnâ
mortis inflictâ. Neque hanc cauſauit
esus de ligno; sed peccatum.

1. Patet ex Scriptura in Antichristo
p. 4. q. 10.

2. Si ideo peccare nequievunt,
quia non habuerunt legem, ut iusti:
ceu aiunt; ergo lex prærequirit pec-
catum, ut posita peccatori, & id pec-
catum rursus aliud, sicutque porrò. Fuit
itaq; lex naturæ lata ante peccatum.

II. Causa permissionis fuit soli no-
ta Deo, teste Aug. l. ii. in Gen. 4. Con-
gruentiæ tamen afferuntur à Bellar.
lib. 3. c. 2.

III. Tentatio autem facta est à ve-

ro, naturalique serpente: Testibus, Patribus: Ex quo dæmon est locutus. Sap. 2. *Inuidia diabolæ mors intravit*, &c. Non igitur ex natura ligni optimi se-
cuta mors est.

DICO AD I. Iam liquet. Adde ex Aug. l. de spir. & lit. c. 10. *Lex pœnarum comminatoria non est posita iusto, qui sponte, & amore recti recta operatur.* Sicut, Rom. 6. *Nō estis sub lege, sed sub gra-
tia*. Vel vt Ambr. in Psal. 36. *In iusto lex, in
tabulis scripta, non est posita, nā scripta
in corde seruat, probatque opere: sed
in iusto; ceu legis oblio, aut contem-
ptori.*

AD II. Pœna mortis & verba ipsa
esse legem scribam testantur. Porro O-
phitæ, ex Valentino hæresiarchanæ,
serpentem colebant pro Deo; Dam-
nati anno 172. verus a. serpens
tentator, vt cui vera inficta pœna
sit. Neq; tunc bruta loquebantur quia
& nunc loquerentur; cum nil natu-
le perdidérint.

QVÆSTIO XIII.

*Fuitne superbia, an Infidelitas, pri-
mum Protoplæstarum per-
catum?*

LVTHERYS in Comment. ad Gen. 3, affert infi-
delitatem fuisse; quod se moritores con-
cederint.

CALVINVS Inst. 2. c. 1. §. 4. *Infidelitas vel
defectionis fuit. Hinc autem emerit ambitio & ex-
perbia.*

SVADENT. istis. 1. Luth. Serpens in primis
id perduadere studuit Eux. *Sicut enim Deus, quis
qua die comederitis, aperientur oc. vestri. &c.*

2. Luth. Calu. *Fides estraridix iustitiae: ergo
injustitiae, infidelitas,*

3. Calu. *Quia nunquam Adam antea
fuerit*

